



SUAREZ

OPERA OMNIA

BX890

S8

V.11

C.1



1080042071

642 643 34



R. P. FRANCISCI

SUAREZ

E SOCIETATE JESU

OPERA OMNIA.

TOMUS UNDECIMUS COMPLECTENS

OPUSCULA THEOLOGICA SEX
MATERIAM DE AUXILIIS GRATIÆ ABSOLVENTIA
QUÆSTIONESQUE DE SCIENTIA, LIBERTATE ET JUSTITIA DEI ELUCIDANTIA.

CUM INDICIBUS NECESSARIIS.

R. P. FRANCISCI
SUAREZ

E SOCIETATE JESU
OPERA OMNIA

EDITIO NOVA, A CAROLO BERTON,

CAEN. — IMPRIMERIE E. POISSON.

TOMUS UNDECIMUS

PARISIIS
APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM,

MDCCCLVIII.

R. P. FRANCISCI

SUAREZ

E SOCIETATE JESU

OPERA OMNIA

EDITIO NOVA, A CAROLO BERTON,

CATHEDRALIS ECCLESIE AMBIANENSIS VICARIO,

INNUMERIS PENE VETERUM EDITIONUM MENDIS LIBERATA, ADNOTATIONIBUSQUE
IN ULTIMUM TOMUM RELEGATIS ILLUSTRATA,

REVERENDISSIMO ILL. DOMINO SERGENT, EPISCOPO CORISOPITENSI, DICATA.

TOMUS UNDECIMUS.



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM,

Via vulgo dicta Delambre, 9.

MDCCCLVIII.



53472

37835

BX 890

58

V. 11



Biblioteca Universitaria
de Salamanca



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D.D.

FERDINANDO NINNO AC GUEVARÆ

SACRÆ ROMANÆ ECCLESIE PRESBYTERO CARDINALI

FRANCISCUS SUAREZ E SOCIETATE JESU THEOLOGUS,

SEMPITERNAM FELICITATEM.

Studium tuum, ac singularis tum in me, tum in universam Societatem nostram amor, Cardinalis amplissime, cogit me ut specimen aliquod grati animi præbeam, ac vicissim tibi respondeam quibuscumque possim meritorum officii. Nam ut de me taceam, tam excellens et omnibus cognitum est patrocinium illud, quo Societatem nostram complecteris, et nos novis quotidie beneficiis obligare studes, ut me alioquin in te valde propensum, et ad obsequendum paratissimum, magis etiam incitet et impellat. Quamobrem volui, Cardinalis amplissime, ut hoc meum opus, in quo tum alias graves et difficiles quæstiones, tum eas potissimum quæ ad gratiæ Dei efficaciam, nostrique arbitrii libertatem pertinent, accurate explico atque evolvo, in tuo nomine appareat, et lucem te primum suscipiente videat. Nam tametsi spero fore, ut res tanta et tam necessaria, Conciliorum auctoritate fulta, Sanctorum Patrum sententiis vallata, rationum momentis septa, et ipsa (ut non solum ego, sed permulti doctissimi ac gravissimi viri sentiunt) veritate communita, suo se fortasse robore defendat, tamen quoniam sunt etiam qui obstrepant, dandus illi patronus is fuit qui illam ab adversariorum calumniis tueatur. Tu autem imprimis, Cardinalis amplissime, occurristi, in quo magna auctoritas est ad illius defensionem, propter maxima, quibus præditus es, naturæ fortunæque ornamenta. Elucent enim atque eminent in te præclara nobilitas, exquisita doctrina, prudentia eximia, rerum experientia singularis, amplissima dignitas, merita tam in universam Ecclesiam quam in Hispaniam notissima, denique perspecta virtus, et a nemine unquam detractorum læsa, quæ sane maxima est laus in tanta hominum licentia. Plura dicerem nisi tibi molestum esset audire, mihi vero difficile parem orationem adducere tuis virtutibus; suscipe igitur hoc Opus, tuere ac defende, cujus patrocinio, non dubito quin tutissime possit incursum quoslibet sustinere. Vale.

